www.e-rara.ch

# [Liber decretorum, sive Panormia]

Ivo

[Basel], [6.-7. März 1499]

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-16276

Incipit liber quartus de primatu Romane ecclesie: et de iure: et de metropolitanorum atque episcoporum: et de ordinatione eorum: et desublimitate [sic] episcopali

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

SI qua mulier propter continentiam que putatur mutauerit habitum: et pro ſolito muliebri amictum virilem ſumat anathema ſit.

Ex eodem concilio. Capitulo. XVII.

SI qua mulier propter diuinum cultum vt eſtimat crines abtondet: quos ei dominus ad ſubiectiõis memoriam tribuit tanquã preceptum diſſoluens obedientie anathema ſit.

¶ Ex concilio rothomagenſi. Capitulo. III.

¶ Quod epiſcopus ſepeq̃ viſitari debet monaſteria ſanctimonialium. xviij. q. iij. ca. Non ſemel.

UT epiſcopus monaſteria monachorum et ſanctimonialium frequenter introeat: et cum grauibus ⁊ religioſis perſonis in earum conuentu reſidens: eorum vel earũ vitam et conuerſationem diligenter excutiat: ſi quid reprehẽſibile inuenerit corrigere ſatagat. Sanctimonialium etiã pudicitiam ſubtiliter inueſtiget: et ſi aliqua inuenitur que neglecto propoſito ſanctitatis: clerico aut laico impudenter miſceatur. acriter verberibus coherceatur: ⁊ in priuata cuſtodia retrudatur vbi quod male cõmiſit digne peniteat. Interdicat etiam ex auctoritate ſanctorum canonuz vt nullus laicus aut clericus in earum clauſtris et ſecretis habitationibus acceſſũ habeat: neq; preſbyteri: niſi tantum ad miſſam. Expleta miſſa ad eccleſias ſuas redeant. Omnibus publice et priuatim denunciet: quãtum ſit periculum qui ſponſam chriſti viciare p̃ſumit. Si eñi ille reus tenetur qui ſponſam hominis violat: quãtomagis reus maieſtatis efficit qui ſponſaz omnipotẽtis dei corrumpit

¶ Explicit liber. III.

# Incipit liber quartuſ de primatu romane eccleſie: ⁊ de iure: et de metropolitanorum atq; epiſcoporum: et de ordinatione eorum: et de ſublimitate epiſcopali.

# Liber IIII

¶Exemplar conſtituti imꝑatoris conſtantini.

¶De priuilegijs conſtantini imperatoris conceſſis ſilueſtro pape ab eodem. et habet. xcvj. diſ. c. Conſtantinus

EX teſtamēto cōſtantini conſtituti noſtri cōcedimꝰ ſanctis ipis apoſtolis dñis meis beatiſſimis petro ⁊ paulo ꝑ eos ⁊ ſilueſtro patri noſtro ſummo pōtifici et vniuerſalis vrbis rome pape: et omnibus eius ſucceſſoribus pontificibus: qui vſq; in finē mundi in ſede beati petri erunt ſeſſuri atq; de pſenti ꝯferimꝰ palatiū impij noſtri lateranenſe. qd omibus in toto orbe prefert atq; precellit pallacijs: deinde diadema videlicet coronam capitis noſtri ſimulq; frigium: necnō ⁊ ſuperhumerale videlicz lorum: quo impiale circumdare aſſolet collum. verum ⁊ clamidem purpuream atq; tunicā coccineā et oĩa impialia indumēta ſeu dignitatē imperialium preſidentium equum ⁊ ꝯferentes impialia ſceptra ſimulq; cuncta ſignabūda. ⁊ etiā diuerſa ornamēta impialia ⁊ omnē ꝓceſſionē impialis culminis ⁊ gloriam poteſtatis noſtre. viris enim reuerentiſſimis clericis in diuerſis ordinibus eiuſdem ſacroſancte romane eccleſie ſeruientibꝰ: illud culmen ſingulare potentie ⁊ ꝑcellentie habere ſanccimꝰ: cuiꝰ ampliſſimꝰ ſenatus noſter videtur gloria adornari: id patricios atq; conſules effici nec nō ceteris dignitatibꝰ impialibus eos ꝓmulgātibꝰ decorari: ⁊ ſicut imperialis militia ita erculo ⁊ ſancte romane eccleſie ordinari decreuimꝰ. Item ibi. Ipſe beatiſſimus papa ſuper coronam quā gerit ad gloriam beati petri omnino ipa ex auro non eſt: paſſus vti corona Frigium vero candido nitore ſplendidum reſurrectionem dominicā deſignans: eiꝰ ſacratiſſimo vertici manu noſtra impoſuimus: ⁊ tenentes frenum ipſius pro reuerentia beati Petri ſtratoris officium illi exhibuimus: ſtatuentes eodem frigio omnes ſucceſſores eiꝰ ſingulariter in proceſſionibus vti ad imitationem imperij noſtri: vnde vt nō pōtificalis apex vileſcat: ſed magis ampliꝰ

quã terreni imp̄ij dignitas ⁊ glorie potentia decoret̃. Ecce tã palaciũ noſtrũ vt p̄latũ eſt: quãquã rome vrbis ⁊ oĩes italie ſeu occidentaliũ regionũ ꝓuincias: loca ⁊ ciuitates ſepe prefato beatiſſimo põtifici: patri nr̃o ſiluestro vniuerſali pape contradentes atq; relinquẽtes ei vel ſucceſſorib⁹ ipſi⁹ pontificum poteſtati ⁊ ditioni firma impali cenſura p hãc noſtrã diualem ſacrã ⁊ pragmaticũ ꝯſtitutũ decernimus diſponendũ: atq; iure ſancte romane eccleſie cõcedimus pmanendũ: vñ congruuʒ ꝓſpeximus noſtrũ impium ⁊ regni poteſtatẽ orientalib⁹ trãſferri ac trãſmutari regionib⁹ ⁊ in biʒante ꝓuincia in optimo loco nomini nr̃o ciuitatẽ edificari: ⁊ noſtrũ illic cõſtitui imperium. Quoniã vbi principat⁹ ſacerdotũ et chriſtiane religionis caput ab impatore celeſti conſtitutũ eſt nec eſt iuſtum: vt illic imperator terrenus habeat poteſtatem.

### ¶ In decretis anacleti. Capitulo. III.

¶ Non ab apoſtolis: ſed ab ipſo domino romana eccleſia primatum accepit. xxij. diſtin. c. ſacroſancta.

Anacletus ſeruus ſeruoꝝ dei omnibus epis ⁊ reliquis xp̄i ſacerdotibus ſalutẽ. Sacroſancta romana eccleſia ⁊ apoſtolica nõ ab ap̄lis: ſed ab ipo dño ſaluatori noſtro primatũ obtinuit. ſicut ipſo beato petro ap̄lo dixit. Tu es petrus ⁊ reliqua. Ergo hec apoſtolica ſedes cardo ⁊ caput oĩm eccleſiaꝝ a dño ⁊ nõ ab alio eſt cõſtituta: ⁊ ſicut cardine hoſtium regit̃ ſic huius ſancte ſedis auctoritate oĩes eccleſie dño diſponẽte regunt̃. Igit̃ ſi que cauſe difficiliores inter vos orte fuerint: ad hui⁹ ſancte ſedis apicẽ eas quaſi ad caput referte: vt ap̄lico terminent̃ iudicio.

### ¶ In decretis gelaſij pape. Capitulo. I.

¶ Primatũ romane eccleſie nõ aliqua ſinodus ſed xp̄s inſtituit. xxj. diſ. c. Quãuis.

Gelaſius vrbis rome ep̄s: omnibus epis. Quãuis vniuerſe p orbẽ catholice eccleſie vnus thalamus xp̄i ſit: ſancta tamẽ romana eccleſia catholica ⁊ ap̄lica: nullis ſinodicis ꝯſtitutis: ceteris eccleſijs p̄lata eſt: ſed euãgelica voce dñi et ſaluatoris noſtri primatũ obtinuit. Tu es inquit dominus petrus ⁊ ſuper hãc. pe. edi. eccl. m. Cui etiã data eſt ſocietas beatiſſimi pauli apoſtoli vaſis electiõis qui nõ diuerſo ſicut heretici garriunt. ſed vno tp̄e vno eodemq; die glorioſa morte cũ petro in vrbe roma ſub ceſare nerone agonizans co-

ronatus eſt. et pariter ſupradictā romanā eccleſiā xpo dño cō‑
ſecrarūt: eāq; omnib⁹ vrbib⁹ in vniuerſo mūdo ſui pſentia at‑
q; triūpho ptulerunt. Eſt ḡ prima petri aplī ſedes romana ec
cleſia nō habens maculā nec rugā nec aliqđ hmōi.

¶ In decretis anacleti. Capitulo. III.

¶ Habetur. xxij. diſtin. c. ſacroſancta. §. Prima.

Prima igiť ſedes: eſt celeſti bñficio romana ecclīa quaꝫ vt memoratū eſt: beatiſſimi petrus ꝛ paulus martyrio conſecrarunt.

¶ In decretis innocentij.

¶ Prima ſedes nullius iudicio ſubiacet. ix. q. iij. c. Nemo.

Silueſter papa in generali reſidēs ſinodo dixit: Nemo iudicabit primā ſedē iuſticiā temprari deſiderantē. Neq; eñ ab auguſto neq; ab omni clero neq; a regib⁹ neq; a populo iudex iudicabitur.

¶ In decretis nicolai. Capitulo. I. Michaeli imꝑatori.

¶ Minores nō poſſunt cognoſcere de cauſis maioꝝ. xxj. diſ. c. Nunc autem.

Nicolaus ſeruus ſeruoꝝ dei: piiſſimo ꝛ dilectiſſimo filio michaeli a deo dilecto ſemꝑ auguſto. Nunc aūt diuina inſpiratione: nō nos pigebit nec nobis inpoſſibile erit oſtendere vobis: ſi tamē audire velitis: nō poſſe quēquā rite ab his qui inferioris dignitatis ſunt vel ordinis: iudicialibus ſubmitti diffinitiōibus: Siquidē tꝑe diocletiani ꝛ maximiani auguſtoꝝ: marcellian⁹ eps vrbis rome qui poſtea inſignis martyr effect⁹ eſt: adeo cōpulſus eſt a paganis vt templū eorum ingreſſus: grana thuris ſuꝑ prunas imponeret. Cui⁹ rei gratia collecto numeroſoꝝ concilio epoꝝ ꝛ inquiſitione facta: hoc idē pontifex ſe egiſſe confeſſus eſt. nullus tamē eoꝝ pferre ſententiā auſus eſt: dū ei ſepiſſime oēs dicerēt: tuo ore iudica cauſam tuā nō noſtro iudicio. Et item. Noli audiri in noſtro iudicio: ſed collige in ſinu tuo cauſaꝫ tuā. Et rurſus: Qm̄ ex te inquirunt iuſtificaberis: aut ex ore tuo condemnaberis. Et iterū dicunt. Prima ſedes nō iudicabiť a quoquā. Item in eadem. Sed cū quodā tēpore quidā cōtra ſixtū papā temptaſſent: quedā mali rumoris obicere. et in cōcilio cui valentinianus auguſt⁹ intererat dictū fuiſſe: nō licere aduerſus pōtificem ſententiā dare ſurrexit: idem ꝓtinus imperator: et in arbitrio prefati pontificis tribuit iudicare iudiciū ſuū etenim

nullus pontificum iuniorum vel inferiorum vrbiū ſub actis iudicijs inuenitur.

¶ Minorū ſnīa maiores dampnari nō valent. xxj. diſ. c. In tantū.

.§. Item in eadē. In tantū aūt hanc preſumptionē ſancti patres: apud calcedoniā deteſtati ſunt. vt dioſcorum alexandrinum antiſtitem: inter cetera idcirco potiſſimū: ſine vlla reſtitutione dampnauerint. quia ponens in celū os ſuū: et lingua eius tranſeunte ſuper terram ex cōmunicationē in ſanctū papam leonem dictauit: ita vt in ſententia cōtra ipſum prolata: hoc videantur memorare precipue dicentes. Quoniā ſecundus exceſſus priorem iniquitatē valde tranſcendit: Preſumpſit eñ excōmunicationē dictare aduerſus ſanctiſſimū et beatiſſimū archiepiſcopum magne rome leonem. Nūquid inquiſitione fuiſſe factam: vtrū iuſte an iniuſte dioſcorus ipſam excōmunicationē dictaſſet. Non plane ſed abſq; omni cōtrouerſia: hoc in eo mulctati ſunt: quia cū eſſet inferior potiorē quibuſlibet eſt conatus laceſcere iniurijs: teſte anatholio cōſtantinopolitano preſule qui dicit. Propter fidē nō eſt dampnatus dioſcorus: ſed quia excōmunicationē fecit domino archiepiſcopo leoni.

¶ In quinta ſinodo ſimachi pape.

¶ Prima ſedes iudicat aliorū cauſam. ix. q. iij. c. Aliorum.

Aliorum forte hominū cauſas: deus voluit terminare per homines: ſed ſedis iſtius preſulē ſuo ſine queſtione reſeruauit arbitrio: voluit beati petri ſucceſſores celo tantū debere innocentiā: et ſubtiliſſime diſſenſionis indagini inuiolatam habere conſcientiam.

¶ In decretis gelaſij. Capitulo. IIII.

¶ De eodē ſcribit oīb⁹ epiſcopis habet. ix. q. iij. c. Cuncta per mundū.

Gelaſius epiſcopus: epiſcopis omnib⁹. Cuncta p mundū nouit eccleſia: quod ſacroſancta romana eccleſia de omni eccleſia fas habet iudicandi: neq; cuiquā de eius liceat iudicio iudicare ſiquidem ad illam de qualibet mundi parte appellandum eſt: ab illa autem nemo eſt appellare permiſſus.

¶ In decretis nicholai. Capitulo. I.

¶ De eodem. Nemini eſt permiſſum de eo quod papa ſtatuit iudicare: vel illius ſententiā retractare. xxvij. q. iiij. c. Nemini.

Nicolaus papa omnib⁹ epis. Neminē ſedis aplice iudicia iudicare:aut illius ſententiā retractare ꝑmiſſuȝ eſt. videlicet ꝓpter romane eccleſie ꝑmatum xpi munere beato petro aplo diuinitus collatum.

¶ Nicolaus michaeli impatori

¶ Aplice ſedis iudiciū a nemine eſt retractandū. ix. q. iij. c. patet ꝑfecto

Patet ꝑfecto ſedis aplice:cui⁹ auctoritate maius non eſt iudiciū:a nemine fore retractandū:nec cuiq̃ de ei⁹ liceat iudicare iudicio:iuxta qd bonifaci⁹ papa:rufo et ceteris epis ꝑ theſſaliā ꝯſtitutis ſcribit: Nemo ait vnquam aplico culmini de cuius iudicio nō licet retractari:manus obuias audacter intulit. nemo in hoc rebellis exiſtit. niſi qui de ſe voluit iudicari:ꝛ beat⁹ papa gelaſius:ne de eius id eſt romane eccleſie canones vnq̃ ꝑceperunt iudicari iudicio:nec ſententia ꝯſtituerunt oportere diſſolui: cui⁹ poti⁹ ſequenda decreta mandarunt ¶ In decretis Julij pape. Ca. II.

¶ Concordat canon cuncta primo in fi. ix. q. iij.

Illius apoſtolice ſedis eps:omnib⁹ epis. Habet ſacroſancta romana eccleſia poteſtatē ſingulari ꝑuilegio ſibi conceſſam:aperire ꝛ claudere ianuas celeſtis regni quibus voluerit

## De concilijs ſinodalibus

¶ Leo eps vrbis rome epo theſſalonicenſi. Cap. VII

¶ Bini ꝯuent⁹ ꝑ ſingulos annos ab epis celebrent̄. xviij. diſ. c. de cōſilijs

DE concilijs autē epiſcopalibus nō aliud indicimus:quā ſancti pres ſalubriter ordinauerunt:vt ſemel bini ꝯuentus:ꝑ annos ſingulos habeant̄:in quibus de omīb⁹ querelis que inter diuerſos eccleſie ordines naſci aſſolent. iudicet̄. At ſi forte inter ipos qui preſunt:de maioribus peccatis qd abſit cauſa naſcit̄. que ꝓuinciali nequeat examine diffiniri fraternitatē tuam de totius negotij q̄litate metropolitanus curabit inſtruere:vt ſi coram poſitis patribus nec tuo fuerit res ſopita iudicio: ad nr̄am cognitionem

quicquid illud eſt transferatur ¶Capl'm Iſidori. VIII.

¶Abſq; romani pontificis auctoritate. ſinodum aliquibus, congregare non licet xvij. diſ. c. Sinodorũ

SInodorum vero cõgregandorꝫ auctoritas. ap'lice ſedi priuata cõmiſſa eſt poteſtate. nec vllam ſinodũ generalẽ ratã eſſe legimꝰ que eius nõ fuerit auctoritate cõgregata vel fulta. hec auctoritas teſtatur canonica hyſtoria hec eccleſiaſtica roborat. hoc ſancti patres confirmant.

¶Ex cõcilio antiocheno. Cap̃. X

¶Ad morum correctionem ꝛ controuerſiarum diſſolutionem bis in anno epiſcopale ꝯſiliũ fiat. xviij. diſ. c. ꝓpter ꝑmo

PRopter vtilitates eccleſiaſticas cauſas earꝫ reruꝫ que dubitationẽ cõtrouerſiamq; recipiũt: optime placuit vt ꝑ ſingulas quaſq; ꝓuincias bis in anno epõrꝫ concilia celebrent. Semel quidẽ poſt tertiã ſeptimanã feſti paſchalis: ita vt in quarta ſeptimana que ꝯſequit. id ẽ in medio penthecoſten ꝯueniat ſinodus metropolitano cõprouinciales epõs ammonente

¶Ex cõcilio antiocheno. Capl'o. XVI

¶De eodẽ. eodẽ. c. ꝛ diſ. §. ſecundũ vero ꝯcilium

SEcũda vero ſinodus fiat. ydus octobris. i. xv. die mẽſis octobris quẽ hiberperiti greci nomiant. In ipſis autẽ ꝯciliis: aſſint p̃ſbyteri: dyaconi: ꝛ omes q̃ ſe leſos eſtimant ꝛ ſinodi expiant examen

¶Ex cõcilio aghatenſi. Capl'o. XXXVI

¶Uſq; ad ꝓximã ſinodũ a cõione abſtineat. qui a metropolitano vocatus abſq; graui neceſſitate ſinodo adeſſe neglexerit. xviij. diſ. ſi eps

SI metropolitanus eps ad cõprouinciales epõs ep'las direxit in quibꝰ eos aut ad ordinationẽ alicuiꝰ fratriſ aut ad ſinodum inuitet: poſtpoſitis omnibꝰ: excepta graui infirmitate corporis: aut p̃ceptione regia aliqua ad cõſtitutam diẽ adeſſe nõ differãt: qð ſi defuerint ſicut priſca canonũ p̃cepit auctoritas. vſq; ad ꝓximã ſinodũ a caritate fratrum et eccleſie cõmunione priuentur

¶Ex concilio auernenſi Capl'o. XV.

¶Cõione priuet eps. qui a metropolitano vocatus ad ſinodũ venire contemnit. eadẽ diſtin. Si quis epõrꝫ.

Quiſquis autẽ epoꝝ excepta ineuitabili cauſa vel neceſſitate de peragẽdo ſe concilio abſentauerit: ꝑ vni⁹ anni ſpacium erit cõmunione priuãdus

¶ Ex decretis Felicis pape. Caplo. XI

¶ Pro ſe legatũ ad ſinodũ mittet. quẽ grauis neceſſitas ꝑmit. v. q. iij. ſi egrotãs

Quod ſi egrotans fuerit eps. aut aliqua eũ grauis neceſſitas detinuerit: ꝓ ſe legatũ ad ſinodũ mittat ſuſcepturus ſalua fidei veritate: q̃cquid ſinodus ſtatuerit

¶ Ex cõcilio cabilonenſi. Caplo. VI

¶ De locatione metropolitani ⁊ ꝑmatis. xviij. diſ. c. placuit

Item placuit vt ceteri metropolitani cõſeruato primatu metropolitani epi ſcdm ſue ordinationis temp⁹ ali⁹ alij deſerat locum ¶ Ex cõcilio auernenſi. Caplo. I

In primis placuit vt quotiẽs ſcdm ſtatuta patrũ ſancta ſinodus ꝯgregat: nullus epoꝝ aliquã cãm prius ſuggerere audeat. quã ea que ad emendationẽ vite ad ſeueritatẽ regule ⁊ ad anime remediũ ꝑtinent finiantur

¶ Exempla Bonifacij pape ad epos gallie

Si inter epos eiuſdẽ ꝯcilij dubitatio emerſerit: d eccliaſtico iure vel de alijs negotijs ꝑmũ metropolitan⁹ eorũ cũ alij quibuſdã in ꝯcilio ꝯſiderãs rem iudicet. ⁊ ſi nõ acquieſcet: vtraq3 pars iudicãti. tũc ꝑmas regionis inter ipſos audiat: ⁊ qd ecclíaſticis canonib⁹ ⁊ legibus nr̃is ꝯſentaneũ ſit hoc fiat ⁊ nulla pars audeat ꝯtradicere ei⁹ calculo

# Qualiter prouincie ſunt conſtituende

¶ Anacletus in. iij. decretali

¶ Que obediẽtia ſit exhibẽda ꝑmatib⁹ ⁊ pr̃iarchis. xcix. diſ. c. Prouincie

Prouincie autẽ multo añ aduentũ xp̃i tp̃e diuiſe ſunt ex maxia ꝑte ⁊ poſtea ab ap̃lis ⁊ beato clemẽte ꝑdeceſſore nr̃o. ipa diuiſio eſt renouata ⁊ in capite ꝓuinciaꝝ vbi dudũ ꝑmates leges erãt ſeculi ac ꝑma iudiciaria ꝑtãs: ad quos qui per reliquas ciuitates cõmorabant: qñ eis

neceſſe erat qui ad aulã impatoꝝ vel regũ cõfugere nõ pote-
rant. vel quibus ꝑmiſſum nõ erat ↄfugiebãt. ꝓ oppꝛſſionibus
vel iniuſticijs ſuis ipoſqꝫ appellabãt: quotiens op⁹ erat ſicut
in lege eoꝝ ꝑceptum erat: ipis quoqꝫ in ciuitatib⁹ vel in locis
ſuis patriarchas vel pꝛimates. qui vnã foꝛmã tenent: licꝫ di-
uerſa ſint nomina: leges diuine ⁊ eccleſiaſtice poni ⁊ eſſe iuſſe
runt ad quos epĩ ſi neceſſe fuerit ↄfugerent: eoſqꝫ appellarent
et ipſe nomine pꝛimatum fruerent ⁊ non alij. Relique vero
ciuitates metropolitane. que minoꝛes iudices habebant. li-
cet maioꝛes comitibus eſſent haberent metropolitanos ſuos
qui pꝛedictis iuſte obedirent pꝛimatibus. ſicut ⁊ in legibus
ſeculi oꝛdinatum erat: qui non pꝛimatum. ſed aut metropoli
tanoꝝ: aut archiepõꝝ nomĩe fruerent: ⁊ licet ſingule metro-
poles ciuitates ſuas ꝓuincias habeant: ⁊ ſuos metropolita-
nos habere debeant epõs ſicut pꝛius metropolitanos habe-
bãt iudices ſeculares. Pꝛimates tamen vt pꝛefixum ẽ: ⁊ tũc
⁊ nũc habere iuſſe ſunt: ad quos poſt ſedẽ aplicam ſumma ne
gotia ↄueniunt: ⁊ ibidẽ quibus neceſſe fuerit releuent: ⁊ iu-
ſte reſtituant: ⁊ hi qui iniuſte oppꝛimunt iuſte refoꝛmentur:
atqꝫ fulciãtur epoꝝqꝫ cauſe ⁊ ſummoꝝ iudicio negotioꝝ: ſal-
ua ſedis aplice auctoꝛitate iuſtiſſime terminent

¶ In decretis Pelagij Caplo. I.

¶ Qt ciuitates vnaqueqꝫ ꝓuincia habet. vj. q. iij. c. Scitote

Pelagius papa romanus epiſcopis omnibus. Scito-
te certam pꝛouinciam eſſe: que habet. x. vel. xi. ciuita-
tes ⁊ vnum regem ⁊ totidem minoꝛes poteſtates ſub
ſe: ⁊ vnum metropolitanum alioſqꝫ ſuffraganeos: x. vel. xi.
epiſcopos iudices: ad quoꝝ iudicium omẽs cauſe referantur
et vt ab his omnibus iuſte conſona voce decernantur. niſi ad
maioꝛem auctoꝛitatem fuerit ab his qui iudicãdi ſunt: appel-
latum. vnde non opoꝛtet vt degradetur: vel dehonoꝛet: vna
queqꝫ ꝓuincia ſed apud ſemetipam habeat iudices: ſacerdo-
tes. ⁊ epiſcopos ſingulos videlicet iuxta oꝛdines ſuos. Et q̃-
cunqꝫ cauſam habuerit a ſuis iudicibus ꝓuincie iudicetur ⁊
nõ ab alienis: id eſt a ſuis iudicibus iuſtis ꝓuincie et non ab
alienis: niſi vt iam ꝑlibatum eſt a iudicãdis fuerit appellatũ.

# De dignitate et poteſtate primatum et archiepiſcoporum.

℄ Annitius papa epiſcopis gallie.

℄ Nō vocent̄ primates: niſi qui primas ſedes tenēt. xcix. diſtin. c. Nulli

Nulli archiepiſcopi primates vocent̄: niſi illi qui primatū tenēt ciuitates: q̄ꝝ ep̄os apl'i et ſucceſſores apl'oꝝ regulariter patriarchas ⁊ primates eſſe cō-ſtituerūt: niſi aliqua gens deinceps ad fidē conuertat̄ cui neceſſe ſit ꝓpter multitudinē ep̄oꝝ primatē cōſtitui. Reliqui vero qui alias metropolitanas ſedes adepti ſunt: non primates: ſed metropolitani nominent̄.

Nullus metropolitanus ſine cōprouincialiū cōcilio alioꝝ cauſas agere preſumat. ix. q. iij. c. Si autē aliquis.

§. Si aūt aliq̄s metropolitanoꝝ inflatꝰ fuerit: ⁊ ſine ꝓuincialium omniū p̄ſentia vel ep̄oꝝ ꝯſilio. aut cauſas eoꝝ aut alias cauſas: niſi adeas tm̄ que ad ſuā ꝓpriā ꝑtinent parrochiā agere: aut eos grauare voluerit ab omnibꝰ diſtricte corrigat̄: ne talia deinceps p̄ſumere audeat. Si v̄o incorrigibilis eiſq3 inobediēs apparuerit: ad hāc apoſtolicā ſedē: cui oīa ep̄oꝝ iudicia terminare p̄cepta ſunt. eiꝰ ꝯtumacia referat̄: vt vindicta d̄ eo fiat: ⁊ ceteri timorē habeāt. Si aūt ꝓpter nimiā longitudinē: aut tēporis incōmoditatē. vel itineris aſperitatē: graue ad hanc ſedē eiꝰ cauſam deferre fuerit: tūc ad eiꝰ ꝑmatē cauſa deferat̄: ⁊ penes ip̄m huiꝰ ſancte ſedis auctoritate iudicetur.

℄ Calixtꝰ papa. XV. a petro Benedicto fratri ⁊ coep̄o.

℄ Quod nullus primatū. vel archiep̄oꝝ. debent ailquē de alteriꝰ parrochia excōmunicare. ix. q. iij. c. Nullus primas.

Nullus primas vel metropolitanus dioceſani eccleſiaꝫ vel parrochiā: aut aliquē de eius parrochia preſumat excōmunicare: vel iudicare: vl' agere aliquid abſq3 eiꝰ ꝯſilio vel iudicio: ſed hoc obſeruent quod ab apl'is: ac patribꝰ ac p̄deceſſoribus noſtris ſtatutū eſt: ⁊ a nobis ꝯfirmatū. id eſt ſi quis metropolitanus ep̄s: niſi qđ ad ſuā ſolūmodo ꝑtinet ꝓpriā parrochiā: ſine ꝯſilio ⁊ volūtate omniū cōprouincialium

epoꝝ extra agere aliquid temptauerit gradꝰ ſui periculo ſub iacebit: ꝛ qđ egerit irritū habeat ꝛ vacuum. Item

¶ Celeſtinus in alterius paprochia niſi eo vocante aliquid agere non licet. ix. q. iij. c. Nullus primas

§. Nullus primas nullꝰ metropolitanꝰ epiſcopus. nulluſq reliquorum epiſcopoꝝ alterius adeat ciuitatē: aut ad poſſeſſionē accedat que ad eum nō pertinet. alterius epi parrochiā ſup eius diſpoſitionē: niſi vocatus ab eo cuiꝰ iuris eſſe dinoſcitur: vt quicꝙ ibi vel diſponat vel ordinet. aut iudicet ſi ſui gradus honore potiri voluerit Si aliter pſumpſerit damnabitur: ꝛ nō ſolum ille: ſed cooperātes ꝛ ꝯſentientes ei: quia ſicut ordinatio. ita eius ꝛ iudicatio ꝛ aliarum rerum diſpoſitio ꝓhibeat ¶ Nicolaus rodolpho biturenſi archiepo

¶ In ſuffraganeis parrochia: nihil abſq eius conſilio metropolitanus agat. ix. q. iij. c. Conqueſtus

Conqueſtus apſtatui noſtro frater noſter ſigedodus archieps narbonenſis qđ clericos ſuos eo inuito: ad iudicium tuum venire compellas: ꝛ de rebus ad eccleſiam ſuam pertinentibus eo inconſulto quaſi iure patriarchatus tui diſponas cum hoc neq antiquitas: cui ſancti patres ſanxere reuerentiam habeat et auctoritas ſacrorum canonuꝫ penitus interdicat: niſi forte ꝓ cauſis quas apud ſe termiare nō poſſunt: ad te quaſi ad patriarcham ſuū ꝓuocauerint: vel ſi epiſcopus ſuus deceſſerit res eccleſie ſue iudicio tuo diſpēſare voluerint: Primates enim vel patriarchas nihil priuilegij habere preceteris epiſcopis: niſi quantum ſacri canones concedunt ꝛ priſca ꝯſuetudo illis antiquitus contulit. diffinimus: ita vt ſcđm nicenas regulas ſua priuilegia ſeruentur eccleſijs: preter ſi apoſtolica ſedes aliquā eccleſiam vel rectorē ipſius quolibet epiſcopali priuilegio decreuerit honorare

# De negotijs et cauſis clericorum

¶ In decretis Silueſtri. Capitulo. III.

¶ Nullus clericus propter aliquam cauſam intret curiam ſecularem. xj. q. j. ca. Nullus clericus

NEmo clericꝰ vel dia conus: vel p̄ſbyter ꝓpter aliquā cauſam intret in curiā nec ante iudicē cinctus cām da re p̄ſumat: qm̄ om̄is curia quaſi a cruore di cit: et ſi qs clericus accuſans clericū in curiā introierit anathema ſuſcipiat.

¶ In decretis Marcelli pape. Cap̄. II

¶ Ap̄s ſeculare iudicē nullꝰ clericꝰ ꝯueniat niſi ꝑmiſſu ipiꝰ ep̄i. xi. q. j. c. clericū

MArcellinus p̄ſul romanꝰ: omībꝰ ep̄is. clericꝰ cuiuſli bet ordinis: abſq; pontificis ſui ꝑmiſſu. nullū preſu mat ad ſeculare iudiciū ꝓtrahere: nec laico quemli bet clericum liceat accuſare

In decretis Cornelij: Capl̄o. II

¶ Ad ſeculare iudiciū nemo clericus eſt pertrahendus concor. c. ꝯtinua. xj. q. j

COrneliꝰ ep̄s. rufo coep̄o. Nullꝰ ſacerdotū: cauſam ſuā alieno cōmittat iudicio: niſi ad ſedem apl̄icam fuerit appellatū. ſed vnuſquiſq; cōprouinciales iudices ⁊ no tos habeat. niſi aliquā vim temerarie multitudinis illic ti muerit. aut infeſtos vel ſuſpectos ſibi iudices habuerit: pro quibus cauſis ad maioris auctoritatis iudices: ⁊ ad alias ꝓ uincias appellare. ⁊ ꝯuenire conceſſum eſt.

¶ In decretis Stephani. Capitulo. II

¶ Intra prouinciam ⁊ a comprouincialibus tantum cauſa eſt audienda. iij. q̄ſti. vj. ca. Ultra.

STephanus ep̄s: omnibus epiſcopis. vltra ꝓuinciarū terminos accuſandi licentia non ꝓgrediatur. Sed om nis accuſatio intra ꝓuinciā audiat: ⁊ a ꝓuīcialibꝰ ter minet niſi ad ſedem apl̄icam tantū fuerit appellatum

In decretis Anacleti. Capl̄o. XI.

¶ Qualiter volens accuſare ſacerdotem debet ſe habere. ij. q. vij. c. Accuſatio. §. ſed ſi quis aduerſus

ANacletus vrbis rome. ep̄s omnibns ep̄is. Si quis ad uerſus paſtores. vel eccleſias eorum cōmotus fuerit: aut cauſas habuerit. prius ad eos recurrat caritatis ſtudio. vt familiari colloquio cōmoniti. ea ſanent que ſanāda ſunt: ⁊ caritatiue emendetur que iuſte emendāda cognouerit Si autē aliqui eos priuſq; egerint: hoc lacerare accuſare aut

infeſtare preſumpſerint: excõmunicentur: ⁊ minime abſoluãtur: antequã ꝑ ſatiſfactionẽ dignã egerint pniam: qm̃ iniuria eoꝝ ad xp̃m ꝑtinet. cuiꝰ legatione fungunt.

¶ In decretis Alexandri. Cap̃. I.

¶ Cõmunione priuet: qui primati aduerſus epm̃ cõqueriť priuſq̃ familiariter eum ↄueniat. ij. q. vij. c. Si quis erga

Alexander aplice eccleſie eps. omnibus orthodoxis: ſi quis erga epm̃: vel auctores eccleſie: ſe quãlibet ⁊ iuſtam querelã habere crediderit. nõ ꝓus ꝓmates. aut alios adeat iudices quã ipſos a quibꝰ ſe leſum eſtimat: ↄueniat familiariter: nõ ſemel ſed ſepiſſime. vt ab eis ad ſuã iuſticiã accipiat excuſationẽ. Si aũt ſecus egerit ab ipis ⁊ ab alijs cõione ꝓuetur tanquã apłoꝝ patrũq; alioꝝ contemptor

¶ Pius papa petro omĩbus eccleſijs

¶ Populus ſacerdotem arguere vel increpare non debet. vj. q. j. c. oues paſtorẽ

Oues paſtorẽ ſuũ nõ reprehendãt: plebs epm̃ nõ accuſet: nec eũ arguat vulgꝰ. qr nõ eſt diſcipulꝰ ſup magiſtrũ. Epi a deo ſunt iudicãdi: q̃ eos ſibi oculos elegit. Nã a ſubditis aut praue vite hoĩbꝰ nõ ſunt arguẽdi aut accuſandi: aut lacerãdi

¶ Euariſtus epis aſtrici

¶ Laici in epoꝝ accuſatiõe nõ ſunt recipiẽdi. ij. q. vij. c. Non eſt a plebe

Non eſt itaq; a vulgaribꝰ homĩbꝰ arguẽdus. vel accuſandus eps licet ſit inordinatꝰ: qr ꝓ meritis ſubditoꝝ diſponitur vita rectorum

¶ Exempla Calixti pape. Capło. I

Doctores ergo qui ⁊ patres vocantur: magis portandi quã reprehendẽdi ſunt. niſi in recta fide errauerit

¶ Item Euſebius papa

¶ Oues paſtorem ſuum niſi a fide exorbitauerit non debent accuſare. ij. q. vij. ca. Oues paſtorum.

Oues vero que paſtori ſuo commiſſe fuerint: eum nec reprehendere niſi a recta fide exorbitauerit debent. nec vllatenus accuſare poſſunt. quia facta paſtorum: oris gladio ferienda non ſunt quamquam recte reprehendẽda videantur.

¶ Exempla Anacleti pape ſcripta omnibus ſacerdotibus xp̃i. Capło. I.

¶ Iſtud habetur in ca. ſi hereticus. §. Item dicit ⁊ ſi ad iſtud rñdet. ij. q. vij

DOctor aūt vel paſtor eccleſie: ſi a fide exorbitauerit nō erit a fidelib⁹ corrigēdus: ſed ꝓ reprobis morib⁹ magis eſt tolerādus: quā diſtringēdus: quia rectores eccleſie a domino ſunt iudicādi: ſicut ait propheta. Deus ſtetit in ſinagoga deoꝝ: in medio aūt deos dijudicat.

¶ In decretis fabiani. Capitulo. II.

¶ Oues paſtorē ſuū niſi a fide exorbitauerint nō dēt accuſare. ij. q. vij. c. Oues.

FAbianus pſul: omnib⁹ epis. Statuētes aplica auctoritate iubem⁹. ne paſtorē ſuū oues q̄ ei cōmiſſe fuerint: niſi in fide errauerit: rephēdere audeāt. Si aūt a fide deuiauerit: erit corrigend⁹ prius ſecrete a ſubditis. Qđ ſi incorrigibilis qđ abſit apparuerit erit accuſād⁹ ad pmates ſuos: aut ad ſedē apoſtolicā. Pro alijs vero actibus ſuis: magis tolerādus eſt ab omnib⁹: etiam ſibi ſubditis quā accuſandus: aut publice derogandus: q2 cū in eis a ſubditis delinquit eius ordinationi obuiat: qui eos pretulit eis dicente apoſtolo dei ordinationi reſiſtit qui poteſtati reſiſtit.

# De reſtitutiōe ſpoliatorum.

¶ Zephirinus fratrib⁹ p egyptum in. II. decre.

ANnunciatuz eſt ſedi apoſtolice: p hypocriſiarios veſtros: quoſdā fratrū noſtroꝝ epoꝝ videlicet ab eccleſijs et ſedib⁹ ꝓprijs pelli: ſuaq; auferri eis ſuppellectilia: ꝛ ſic nudos ꝛ exſpoliatos: ad iudicia vocari: qđ omni rōne caret cum ꝯſtituta apoſtolicoꝝ eorūq; ſucceſſorū: ꝛ p̄cepta impatoꝝ: ac ꝯſtitutiones legū id ipm fieri vetent.

¶ Item zepherinus.

¶ Null⁹ ſpoliat⁹ ſit accuſandus niſi primo fuerit reſtitutus. ij. q. ij. c. p̄ceptū eſt.

PReceptū eſt ergo in antiquis ſtatutis epos eiectos atq; ſuis rebus exſpoliatos: eccleſias ꝓprias recipere. et primo ſua omnia eis reddi. Et demū. ſi quis eos iuſte accuſare voluerit. eque periculū facere. Judices eſſe decernētes epos recta ſapiētes: ꝛ in eccleſia ꝯuenietes: vbi teſtes eēnt ſingulorꝝ qui oppſſi videbant. Itē. Nec eos pri⁹ rñdere debe-

re:quã oĩa ſua eis ⁊ eccl'ijs eoꝝ legibꝰ integerrime reſtituanť.

¶ Felix epĩs gallie.II.decre.

¶ Ante reſtitutionẽ aliquis ad cauſam reuocari nõ debet.iij.q.ii.c.Si epũs.

Si ſuis fuerit epũs:aut eccleſie rebus ſibi cõmiſſe exſpoliatus: aut qđ abſit: quod alienũ ab omnibꝰ eſſe debet fidelibꝰ a ſede ꝓpria eiectus:aut in detentione aliqua: a ſuis ciuibꝰ fuerit ſequeſtratus:tũc canonice ante in priſtino ſtatu reſtituať:cũ omni priuilegio ſui honoris:⁊ ſua oĩa q̃ in inſi dijs inimicoꝝ ſuoꝝ ei ablata fuerint:legibus reintegrenť.nec cõuocari aut iudicari poterit:niſi ipſe ꝑ ſua neceſſitate:minime tñ iudicandus aduenire ſponte elegerit. Nullateñꝰ ergo a quoquã cogať:antequã integerrime oĩa:q̃ per ſuggeſtiões inimicoꝝ ſuoꝝ amiſerat:poteſtati eius ab honorabili cõcilio legali ordine reintegrentur.

¶ Euſebiꝰ fratribꝰ ꝑ alexandriã ⁊ egyptũ.in.II.decre.

¶ Nec conuocari ad ſinodum nec in aliquo debet iudicari ſpoliatus.ij.q.ij.c.in ſcripturis.

Euſebius papa in ſecũdo decretali ſuo. In ſcripturiꝫ veſtris repimus:quoſdã epõs in veſtris partibꝰ a ꝓprijs ouibus accuſatos aliquos videlicet ex ſuſpitione ⁊ aliquos ex certa ratione:idcirco quoſdã ſuis rebus exſpoliatos: quoſdã vero a ꝓpria ſede pulſos:q̃s ſciatiꝫ nec ad ſinodũ cõprouincialẽ:nec ad generalẽ poſſe ꝯuocari:nec ĩ aliq̃ iudicari:antequã cũcta q̃ eis ſublata ſũt:legibꝰ ꝓtãti eoꝝ reintegrenť.

¶ Item iulius papa.de eodem.⁊ habeť.ij.q.ij.c.Nullus poteſt.

.§. Itẽ nec ꝯuocari ad cauſam nec iudicari poteſt exſpoliatus vel expulſus:q2 nõ hꝫ ꝑuilegiũ q̃ exſpoliari poſſit iã nudatꝰ.

¶ Johannes papa. Ante litem conteſtatam poſſeſſori cuncta ſunt reſtituenda.ij.q.ij.c.Antiquitus.

.§. Unde ⁊ antiquitus decretũ eſt:omnes poſſeſſiones et omnia ſibi ſblata atq3 fructus cunctos:ante litem conteſtatã:preceptor vel primas poſſeſſori reſtituat. Item. Eſt in antiquis eccleſie ſtatutis decretum:vt qui aliena inuadit:nõ exeat impunitus ſed cũ multiplicatiõe omnia reſtituat. Uñ et in euãgelio ſcriptũ eſt. Qđ ſi aliq̃d defraudaui. reddo quadrupluꝫ Et in legibꝰ ſeclaribꝰ cautũ habeť. Qui rẽ ſurripit alienã: illi cuiꝰ res direpta eſt:in vndecuplũ q̃ ſublata ſunt reſtituat.

¶ Felix epũs gallie in.II.decre.

¶ Ante restitutionem aliquis ad cauſam reuocari non debet.iij.q.ij.c. Si epiſcopus.§.Preſul vero.

PResul vero cum omni honore ſtatui priſtino reddat: et ipſe diſpoſitis ordinatiſq; libere ac ſecure diu ſuis tūc regulariter infra quattuor aut q̄nq;:aut ſex: aut ſeptē menſes iuxta quod poſſibilitas ei fuerit:et non ante conuocatus ad tempus concilio legittimo:et canonico deſtinatū veniat ad cauſaꝫ:et ſi ita iuſte videtur:accuſantium propoſitionibus reſpondeat.

¶ Ex decretis felicis pape epiſcopis per egyptum.

¶ Nullus debet accuſari dū ſuis rebus fuerit ſpoliatus.ij.q.ij.c.Nullus epoꝝ.

NUllus enim epiſcopus:qui ſuis rebus exſpoliatꝰ: aut a ſede propria vi:aut terrore depulſus: antequ ā om̄ia ſibi ablata legibus reſtituantur:et ipſe pacifice annuꝫ vel plus ſuis fruat̄ honoribꝰ:ſediq; proprie ſit regulariter reſtitutus:iuxta canonum inſtitutionem accuſari: iudicari: aut damnari non poteſt.

¶ Euſebius epis p alexandriā ꝛ egyptum.in.II.decre.

¶ Poſt reſtitutionē inducie preſtāde ſunt.iij.q.ij.c.Prius.

PRius ergo oportet omnia illis legibus reintegrari: et eccleſias que ſibi ſublate ſunt: cuꝫ omni priuilegio ſuo reſtitui: ꝛ poſtmodū non ſub auguſti temporis ſpacio ſed tantum ſpacium temporis eis indulgeatur:quantū exſpoliati vel expulſi eſſe videnť:antequā ad ſinodū cōuocenť ꝛ ab omnibꝰ quibuſq; ſue ꝓuincie epis audiatur.

¶ In decretis felicis.Capitulo.X.

ILle vero qui vi aut terrore: vľ timore:a ſede pulſus aut ſuis rebus exſpoliatus fuerit:nō prius vocetur ad ſinodum:quā ei omnia legibus reintegrentur.

¶ Poſt reſtitutionē inducie p̄ſtande ſunt.iij.q.ij.c.tam diu.

.§.Et tādiu in ſede ꝓpria pacifice: et poteſtatiue: cuncta diſponens reſideat:quādiu expulſus vľ exſpoliatus ſuis viſus eſt carere rebus.

# De accuſationibus

¶ In decretis ſtephani. Capitulo.II.

¶ Accuſatio nō debet fieri in ſcriptis.ij.q.viij.c.Per ſcripta nullus.

STephanꝰ ſancte apoſtolice et vniuerſalis eccleſie romane epiſcopus omnibus epiſcopis per ſcripta nulliꝰ accuſatio ſuſcipiatur: ſed propria voce ſi legittima et digna accuſatoris perſona fuerit: pre ſente videlicet eo quē accuſare deſiderat: qꝛ nullus abſens per alium accuſari poteſt aut accuſare.

¶ Jn decretis felicis. Capitulo. II.

¶ Abſentes nec accuſari nec iudicari poſſunt. iij. q. ix. c. Abſente aduerſario.

FElix eps: vniuerſis epis. Abſente vero aduerſario nō audiat accuſator: nec ſententia abſente parte alia a iudice dicta: vllam obtinebit firmitatē: neq; abſens ꝑ alium accuſare aut accuſari poteſt.

¶ Ex ꝯcilio cartha. Cap. LX. Exēpla calixti pape. Cap. II.

¶ Accuſatio nō debet fieri in ſcriptis. ij. q. viij. c. Per ſcripta.

NUllus ergo doctoꝝ ꝑ ſcripta accuſet: decernimus non credi accuſatori: qui abſente aduerſario cauſā ſuggeſſerit: ante vtriuſq; partis diſcuſſionem.

¶ Adrianus papa. Capitulo. I.

¶ Criminal'r accuſans vel accuſatꝰ ꝑ ſe expiat. v. q. iij. c. Jn criminalibus.

IN criminalibus cauſis: nec accuſator per ſe aliquem accuſare poteſt: nec accuſatus per aliam perſonā ſe defendere permittitur.

¶ Felix epis gallie in ſecundo decretali.

¶ Maiores natu nō accuſent: niſi qui ſint recte fidei ꝛ ꝯuerſationis. ij. q. vij. ca. Querendū. et. l. Si plures. ff. de accuſa.

SJ ex vtraq; ꝑte ad cauſam dicendā venerit: qꝛ vnꝰ abſq; altero audiri nō debet: querendū eſt in iudicio: cuiꝰ ſint ꝯuerſatiōis: ꝛ fidei: atq; ſuſpitionis: accuſatores: aut q̄ intētiōe hoc faciāt: Quia ad hoc admitti nō debēt. niſi bone ꝯuerſatiōis ꝛ recte fidei. viri hij videlicet q̄ omi ſuſpitione careāt. ꝛ bone vite clareāt neq; infames exiſtāt.

¶ Anacletus epis gallie. in. II. decre.

¶ Sacerdotes nō niſi a viris idoneis ꝛ ꝓbatis accuſari poſſunt. ij. q. vij. c. Accuſatio quoq;.

ACcuſatio eoꝝ ſuꝑ q̄ ꝯſulere nos voluiſtiſ. nō niſi ab idoneis ꝛ ꝓbatiſſimis viriſ. q̄ ꝛ ſuſpitōibꝰ ꝛ ſeclaribꝰ ſceleribus careāt fieri debet. quia dominꝰ ſacro ſuo corporis

tractatores a vilib⁹ ꝛ reꝓbis ac̄ nō idoneis pſonis infamari voluit nec calūniari. ſed ip̄e ꝓp̄o flagello peccantes ſacerdotes a templo eiecit ¶ Euariſtus affrice epiſcopis

¶ Niſi opiōe diſcuſſa nō audiant accuſatores epoꝝ. ij. q. vij. c. ſi qui ſunt.

SI qui ſunt vituperatores: aut accuſatores epoꝝ vel reliquoꝝ ſacerdotum nō oportet eos a iudicib⁹ eccleſie audiri: antequā eoꝝ diſcutiatur eſtimationis ſuſpicio vel opinio: qua intentiōe: qua fide: qua temeritate: qua vita. qua conſciētia. quoue merito ſi ꝑ deo: aut ꝑ vana gloria: aut inimicitia vel odio: aut cupiditate iſta preſumpſerint.

¶ In decretis Anacleti epiſcopi. II.

¶ Qui legem ſuam ſponte tranſgredit̄. ante ſuā reuerſionē recte agētes accuſare non pōt. iij. q. iiij. c. Beat⁹

ANacletus vrbis rome eps: omnib⁹ ep̄is: accuſandi vel teſtificandi licētia deneget̄ his qui xp̄iane religionis ꝛ noīs dignitatē: ꝛ ſue leges vel ſui ꝓpoſiti normam: aut regulariter ꝓhibitā neglexerint. trāſgreſſores em̄ ſponte legis ſue violatores apoſtote noiant̄. Om̄is apoſtota refutād⁹ eſt: nō in accuſationē recte agētiū aut teſtimoniū ſuſcipiēdus eſt. ¶ Decretum Fabiani. Caplo. II.

¶ Nec clerici in accuſatione laicoꝝ. nec laici in accuſatione clericoꝝ ſunt ſuſcipiendi. ij. q. vij. c. ſicut ſacerdotes

FAbian⁹ eps: ep̄is vrbis rome omnib⁹. Sicut ſacerdotes vel clerici reliq̄ a ſecularib⁹ laicoꝝ excludūt̄ accuſatiōe. ita illi ab iſtoꝝ ſunt excludēdi ꝛ alienādi crimīatione ꝛ ſic̄ iſti ab illis ita ꝛ illi ab iſtis nō recipiant̄: q2 ſic̄ dn̄i ſacerdotū ꝯuerſatio: ſegregata dꝫ eē ab eoꝝ ꝯuerſatōe ita ꝛ litigatio: q2 ſeruū dn̄i non oportet litigare ſed mitē eē ad oēs.

¶ In decretis Stephani epiſcopi. II

¶ Inimici non poſſunt accuſare. iij. q. v. Accuſatoribus

REpellant̄ cohabitātes inimicis ꝛ oēs laici. q2 infeſtationē blaſphemie affectio amicitie incitare ſolet Nec illi videlicet laici: in nr̄a ſunt recipiēdi accuſatiōe q̄ vos in ſua volūt recipe infamatōe ¶ In decret gai pape. Ca. I

¶ Heretici iudei vel pagani xp̄ianos accuſare nō pn̄t. ij. q. vij. c. Pagani

GAius papa: felici coep̄o: pagani vl' heretici: ſiue iudei nō pn̄t xp̄ianos accuſare: aut vocē infamatōis inferre

¶ Ex concilio carthaginenſi. vij. Caplo. II.

¶ Qui in p̄mo caplo deficit in alijs nō admittit̄. iij. q. x. c. Placuit

PLacuit: vt quotieſcūq; clericis ab accuſatorib⁹ multa crimina obiciunt̄: ꝛ vnū ex his de quo prius egerint ꝓbare nō valuerint ad cetera iā nō admittant̄.

¶ In decretis fabiani. Capitulo. II.

¶ Nup inimici accuſatores vel teſtes eſſe non poſſunt. iij. q. v. c. accuſatores. j.

FAbianus papa: omnib⁹ fidelib⁹ ſtatuim⁹ eos ad accuſationē nō recipi: qui ſunt ſuſpecti: aut qui heri aut nudiuſterti⁹: vel dudū fuerūt inimici: qm̄ ſuſpecti facti ſunt et qui nō ſunt bone ꝯuerſationis: vel quoꝝ vita eſt accuſabil̄: aut dubij in recta fide. Similr̄ quoꝝ fides: vita: ꝛ libertas neſcitur: vel qui infamie maculis aſperſi ſūt: aut ſcelerib⁹ irretiti Neq; eos ſacerdotes debere aut poſſe accuſare: q̄ rite ſacerdotes fieri nō poſſunt: nec ſunt ſui ordinis. Tales fratres chariſſimi accuſatiōes: ꝛ iniuſtas aut nouas emulationes ꝓhibite ꝑ virib⁹ qꝛ contentio ſummopere vitanda eſt

¶ In decretis ſtephani. Capitulo. I.

¶ Que perſone infames habeantur. vj. q. j. c. in fames.

